



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XCI. Monasterivm S. Spiritvs iuxta Venetias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

## CAPVT XC.

MONASTERIVM S. GEORGII DI  
Alga apud Venetias.

**O**rdinem Canonicorum sacerdotalium S. Georgij in estuarijs Venetiarum anno 1410. Antonius Corrarius patricius Venetus instituit & S. Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus mirificè auxit. Utuntur iij veste linea cucullione atri coloris : extra monasterium atri coloris chlamydem assument cum galero concolore.

1414. *Thronus B. Mariae*, milliari uno ab Herentia, fundatus fuit à nobili viro *Arnoldo Crayenhemio*, Toparcha in Grobbendonch, Ouvven, Bauvvel & Olmen, iuxta flu. Netam, anno millesimo quadringentesimo decimoquarto. Euersum autem est monasterium per istas turbas ciuiles, anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo: sed breui, ut spero, reædificandum.

## CAPVT XCI.

MONASTERIVM S. SPIRITVS  
iuxta Venetias.

**C**ongregationem & monasterium illustre Canonicorum regularium Sancti Spiritus, iuxta Venetias instituit P. Gabriel Spo-

Spoletanus, Eremita Augustinianus, anno 1415. habet vnicum membrum sibi annexū, 1415. Patauij situm, quod S. Michaelis dicitur: Vestem gestant qualem Canonici Lateranenses, & seruant regulam S. Augustini.

## CAPVT XCII.

MONASTERIVM AD CORPVS  
*Christi, in vrbe Colonensi.*

**A**NNO 1423. operâ Arnoldi Schillingi 1423.  
Acuis Colonensis, ex sacello factum est monasterium istud, traditumque Canonicis Regularibus, Capituli VVindesemensis. Occasionem præbuit Miraculum, quod circa Venerabile Sacramentum Corporis Christi contigit, fusè commemoratum à Bredebachio libr. I. cap. 8. sacrarum Collationum.

Præter istud Augustinianorum Regularium monasterium, sunt in vrbe Colonensi septem cœnobia monialium Augustinianarum velatarum, videlicet Sancti Maximini, S. Michaelis, S. Mariæ Magdalenæ, Sancti Nicolai, S. Reinoldi, Nazareth, & Sancti Iacobii Maioris: de quibus vide Erardum VVinhemium in Sacrario Agrippinæ.

## CAPVT